



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Quot sunt passiones in homine. Cap. III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

milis habet capite 22. eiusdem Collationis.

Meritò porro S. Thomas ait: Puritas mentis sita est, ut mens hominis à passionibus inordinatis sit libera. Hinc & Ethnici hoc ipsum docuerunt tanquam necessarium ad complementum virtutum.

Demosthenes, Prudentis, inquit, officium est, uti ut cupiditatem rationi semper habeat obtemperantem: Cupiditas autem vna est è præcipuis passionibus, imò fons illarum. Cicero, Excellentes animas & humana contemnentes, cerni in duobus aut si & solam id quod honestum sit, bonum indices. & ab omni animi perturbatione liberi. Nam & ea que excelsa plerisque & præclara videntur, parvi ducere, ea que ratione stabili firmaque contemnere, sortis animi magnæque dicendum est: & ea que videntur acerba, que multa & varia in hominum statu fortunaque verantur, ita ferre, ut nihil à statu nature discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnaque constantia. Et alio in loco, inter tres res, in quibus ait omnem verti virtutem, secundam esse dicit: Cohibere motus animi turbatos, quos Græci Πάθη nominant: appetitiones, quas illi ὀρέξεις, obediētes efficiere rationi. Quod sanè procurandum est omnibus, maxime Religiosis, quia deploranda res est, naturalibus subesse affectibus, & tam duram perpetuò ferre dominatum. Nam, ut ait S. Gregorius Nyssenus, Qui in eorum qui in nobis sunt affectus, cum prævaluerit, dominus subacti, & in servitutem redacti existit: ac veluti tyrannus quispiam arce animi occupatâ, per ipsos subditos vexat ac affligit obediētes, ministris ad id, quod ei placitum fuerit, nostris cogitationibus abutens. Sic ira, sic metus, sic timiditas, sic audacia, aegritudinis pariter & voluptatis affectus, odium, contentio &c. Et omnes qui per contrarium in nobis intelliguntur affectus & perturbationes, tyrannorum quorundam, ac dominorum, pro suo imperio animam veluti captivam quandam subigunt, enumeratio est. Ne simus ergo captivi nostrarum passionum, sed domini: quod Divinæ gratiæ auxiliis freti, assequi poterimus, modis infra explicandis. Talem virum ita dominantem suis passionibus immortalem appellat S. Ambrosius: Animum vincere, iracundiam cohibere, compugnantesque, leges carnis & mentis in vnum cogere, immortalis est cuiusdam viri, quem inferni porta non susceperit.

Sed ut agnoscat quibus in rebus situm sit passionum humanarum dominium, earum prius natura, seu qualitas, rudi Mineruâ, sine subtilitatibus Theologicis, explicanda est, uti & numerus earum, & alia.

CAPVT PRIMVM.

Quibus nominibus appellantur Passiones?

Respondet, cum S. Augustino: Motus animæ, quos Græci Πάθη, appellant, ex Latinis quidam, ut Ci-

cero, perturbationes dixerunt: alij affectiones; alij affectus: quidam verò ex Græco expressius, passionem vocant. Similiter S. Gregorius Nyssenus: Πάθη, inquit, id est affectus, passionem, sine perturbatione & motu dicuntur, quæ non omnino mali alicuius causa, humana nature contributa sunt, sed certo quodam vsu voluntatis, & arbitrij, vel virtutis, vel vitij instrumenta tales animi motus existunt. Quemadmodum ferrum dum ex sententiâ artificis cuditur, quodcumque ferramentum artificis animo voluntas destinaverit, ad id etiam formatur, & vel gladius, vel rustici alicuius operis instrumentum fit.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ sit definitio seu descriptio Passionis?

Respondet, à S. Ioanne Damasceno sic Passionem defini, & à S. Thoma recipi: Passio est motus sensibilis, seu sensitivus, appetitivus potentie, seu virtutis, ob imaginationem boni vel mali, proveniens scilicet. Vel alter: Passio est motus irrationalis animæ, ob opinionem boni vel mali (ita eam definit Elias Cretenensis.) Nam opinio boni concupiscentiam movet, ac mali opinio movet iram. Porro alio modo in Com. apud antiquos Ascetas, teste S. Ioanne Climaco, nomen passionis in materiâ peccatorum sumebatur. Passionem enim eam propriam esse dicebant, qua tempore in animo vitiosus insedit, eamque iam sui consuetudine, in suum habitum transduxit addo, ve suâ sponte propriaque iam voluntate ad eam currat.

CAPVT TERTIVM.

Quot sunt Passiones in homine, & ubi resident?

Respondet, esse vndecim, & recipi in appetitu sensitivo, seu irrationali, qui vocatur sensualitas.

Est autem appetitus sensitivus, seu sensualitas, in corpore insita facultas in inferiore hominis portione, scilicet corde, vel, ut alij putant, in corde & hepate existens, quæ habet pro suo proprio obiecto bonum, aut malum sensibile, illi per imaginationem representatum, tanquam conveniens, vel disconueniens homini.

Porro hic appetitus sensitivus duas habet potentias seu partes, concupisibilem & irascibilem, quas re ipsa non distingui inquit Angelus & Gabriel, communis tamen & vera sententia est, eas & in homine, & in brutis re ipsa distingui, ut docet pluribus locis S. Thomas & S. Bonaventura, & Scotus, & Albertus, Valentia, Toletus, Conimbricenses, Azor, cum Tanner qui eos citat: & habere in corde sedem dicunt post Hippocratem, Zenonem, Posidonium, Chrysippum, Aristotelem, Theophrastum, & alios Peripateticos ex Velalio, Conimbricenses, Valentia,

1.3. Tulse. disp. de anima & resurrect.

5. Pam. l. 2. fid. c. 22. Th. 1. 2. q. 22. a. 3.

in Com. Or. 11. Na. gr. 15. col. 6.

6.

An. in mor. c. 4. Gab. 2. d. 16. q. v. n. & in 3. d. 26. q. v. a. 3. dub. 1. Th. 1. p. q. 81. a. 2. & 3. q. 59. a. 4. & 2. q. 23. a. 1. & 1. Tann. to. 2. q. 4. d. 1. a. 3. & 7. lencia,

lib. 1. de Civ. & Abel. 6.

4. 1. 9. civ. c. 4. & 1. 14. 67. 9.

1. p. q. 2. o. a. 1. ad 3. & 1. 2. q. 10. a. 3. & q. 2. 2. a. 2. ad 3. & q. 4. 8. a. 2.

lencia, To letus; consentiente S. Thoma. Quamquam l.c. num. 7. non improbabilem putet esse sententiam, concupiscibilem præcipue residere in hepate, irascibilem in corde, vt dicunt Galenus, Cicero, Plato citati à Tanner.

Concupiscibile mouetur erga bona, quæ apprehendit sibi esse conuenientia, fugit autem sibi contraria.

Irascibile verò exurgit, & pugnat contra obiecta habentia difficultates occurrentes in bonorum consecutione, & in malorum, quæ sunt in concupiscibili, fugi: dum hic & nunc ab operante existimatur bonum aliquod difficile acquisitum, & malum euitatu difficile, idque ob impedimenta, & aduersantia obstacula, quæ vel illius consecutionem, vel huius euitationem videantur posse impedire: siue interim bonum illud, & malum suâ naturâ tale sit, vt difficulter ab operante acquiratur, aut euitetur, siue non sit.

In appetitu concupiscibili sunt sex passiones: Amor, Odium, Desiderium seu concupiscentia, Fuga seu Abominatio; Delectatio seu Gaudium, Tristitia seu Dolor. Harum passionum tres respiciunt bonum appetibile: Amor, Desiderium, & Gaudium.

Amor est quadam propensio affectus erga bonum cognitum, vel vile, vel pulchrum, vel delectabile, siue illud sit res, vel actio aliqua, siue persona, prout abstrahit à presentia, vel absentia, vel vt definitur à S. Gregorio Nysseno: *Est intrinsecus insita habitudo in id quod est succundum.*

Desiderium, seu quod idem est, Concupiscentia, est quadam veluti progressio & extensio Amoris ad bonum amatum assequendum seu amplectendum. Estque iudicio Aristotelis duplex naturalis, insita nature, vt erga cibum & potum; innaturalis, quæ sequitur æstimationem & rationem, vt erga honores, pecunias. Illæ sunt finitæ, vt in bestis, hæc infinitæ terminum non habentes, vt in auaris, luxuriosis, teste Aristotele & experientia.

Gaudium, vel delectatio est quadam in bono adeptio & possessio letitia.

Odium verò & fuga, seu abominatio, est auersio appetitus à malo, hoc est eo, quod ab operante velut malum concipitur, vt illud euitet.

Est autem Odium mali in appetitu auersio & horror.

Fuga verò seu abominatio est, recessus appetitus à malo futuro seu possibili non arduo.

Tristitia autem seu dolor, est appetitus molestia, orta vel ex internâ mali præsentis apprehensione, vel ex mali corporis coniuncti sensibili experimento, & incommodo.

Porrò in appetitu irascibili sunt quinque: Spes, Desperatio, Audacia, Timor, Ira, quæ & indignatio zelusque dicitur.

Est autem passio Spei, quadam appetitus motio

erga bonum arduum, quod se posse acquirere putat.

Audacia verò est quidam motus appetitionis erga bonum instans, & arduum.

Ira, est appetitus vindictæ ob iniuriam illatam. Porrò, vt ait Cicero, *Iracundia ab irâ differt, vt anxietas ab angore. Neque enim omnes sunt anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij anguntur semper: inter ebrietatem, & ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem.* Idem docuit Seneca, ira effectus enumerat S. Gregorius Papa, vel, vt ait S. Augustinus, est motus animi prouocans ad penam inferendam.

Desperatio, est deiectio appetitus propter difficultatem in assequendo bono, quod quis se obtenturum diffidit.

Timor est regressio & subductio appetitionis à malo futuro arduo, sed euitabili.

Ceterum inter omnes has passiones, Amor est principalis, & quasi initium & fons ceterarum dum exurgunt, vt pluribus in locis docet S. Thomas post S. Augustinum, quia homo nihil aliud desiderat, nullâ aliâ re delectatur, nisi quod amat. Item nil odit, nil fugit, ob nil aliud tristatur, vel dolet, nisi ob malum, quod bono amato apprehendit contrarium. Nihil etiam sperat, ob nihil aliud audet aggredi ardua, nisi ob id quod amat: ob nil quoque irascitur, desperat, & timet, nisi ob bonum quod amat, dum illud assequi non potest.

Et quia multæ sunt causæ, & incentiua amoris (vti sunt forma corporis, dinitæ, beneficia, amor signis declaratus ab alio, nobilitas, dignitas, prudentia, eloquentia, gratia in agendo, modestia, & compositio membrorum, vocis suauitas, complexionis & speciei similitudo, sanguinis, vel patriæ, vel linguæ, vel studiorum ac occupationum communitio, eruditio, & multiplex doctrina, & quæuis in mechanicis, & liberalibus artibus excellentia, & his similia) ideo latius & frequentius in nobis passio amoris suas vires, & motus excitat, & alias concitat passiones. Ideo mala nostra omnia attribuuntur inordinato nostri amoris, quem proprium, seu sensualem appellamus, & experimur omnium malorum ac peccatorum causam esse, quod de eo asseruit Deus Pater S. Catharine Senensis, & docent Sancti, ac vitæ spiritualis Magistri. De effectibus Amoris vide S. Thomam, 1. 2. q. 28. a. 1. 2. 3. 4. 5. & q. 66. a. 6. & q. 37. a. 2.

CAPVT QVARTVM.

Cur & quomodo quadam passiones pertinent ad potentiam concupiscibilem, alia ad irascibilem?

Respondeo hoc posse agnosci ex obiecto harum duarum potentiarum. Obiectum enim potentie concupiscibilis, est bonum vel malum sensu-

hom. 8 in Ecclcl.

1. 3. Rhet. c. 1. & 1. 1. Rhet. cap. 11.

1. 1. Polit. cap. 6.

S. Aug. 1. 14. ciu. c. 6. 7.

S. Th. 1. 2. q. 31. a. 3.

S. Th. 1. 2. q. 29. a. 1. & 1. 2. q. 36. a. 1.

1. 2. q. 45. & q. 44. a. 4. & a. 1. ad 2. 4. Tufcul. 1. de ira. cap. 14. 1. 5. moral. cap. 31. in Psal. 6.

1. 14. ciu. c. 7. & 9. S. Th. 1. p. q. 10. a. 1. & q. 60. 1. 2. q. 26. a. 1. ad 2. & a. 1. ad 1. q. 27. a. 4. & q. 28. a. 6. ad 1. & q. 46. a. 1. & q. 62. a. 3. ad 3. & q. 70. a. 3. & 1. 2. q. 17. a. 8. in corp. & ad 1. & q. 19. a. 9. ad 5. & q. 162. a. 3. ad 4. S. Aug. 1. 10. Trin. cap. 1. S. Th. 1. 2. q. 27. a. 1. c. 17. & 42. & 98. & 119. & 125. & 126. & 118. dial. S. Th. 1. 2. q. 77. a. 4. 5. & q. 84. a. 2. ad 3. & 2. 2. q. 25. a. 7. ad 1. & q. 133. a. 5. ad 3. 71. S. Th. 1. 2. q. 23. a. 1.

1. Th. lib. 44.

1. 4. c. 17. in 1. 2. p. 1.